tiones ac earum prosecutiones faciendo ac premissa omnia poenis simpli
cibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalis Juris prescriptio
ne Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus iuris remedijs et defensis
non subterfugiendo nec modo quovis evadendo His suis presentibus persona
libus Recognitionibus ad premissa mediantibus

Mikulinski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensibus Capitaneatus Premisli
ensis Generosus Vladislaus Mikulinski Sanus mente et corpore existens a Terris
Dictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedens
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premislensi Jurisdictioni quod ad actum hunc atti
net se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans
atque subiciens palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse
Generosae Annae Kosminska olim Generosi Nicolai Kosminski cum Generosa Helena
Grajbowska procreatae filiae sui vero Recognitis Consorti legitimae summam
Duorum Millium florenorum polonicorum ratione verae Dotis et expeditionis post ipsam
acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem summam Duorum
Millium florenorum polonicorum ratione certi veri iusti et liquidi dotalitij in et super
tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditarie et obli
gatarie mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniae Nec non Auri argen
ti Clenodiorum vestium vestimentorum Equorum Equireae pecorum pecudum
ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dedit do
taliavit inscripsit et Reformavit prout dat dotat dotalitiat inscribit et
reformat presentibus Per ipsam Generosam Annam Kosminska Consortem suam haec
eadem bona suprascripta ac res superius recensitas cum universis premissorum
omnium utilitatibus et usu fructibus tenendi habendi et possidendi illisque
quiete et pacifice uti fruendi ac ad usus suos quosvis beneplacitos libe.

990 re et effectualiter Conuertendi more ac Iure aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum Hac praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Eorundem Coniugum Mutua Aduitalitas

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Capitanei Praemysliensis Gnosi Vladislaus Mikulinski ab Ma et Anna Kozminska olim Enosi Nicolai Kozminski cum Gnosa Helena Grzybowska procreata Filia eiusdem vero Gnosi Mikulinski Consors legitima et quidem Consors cum eiusdem mariti sui vti Tutoris coniugalis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris dictis Regibus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitanei Praemysliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit Quia ipsi sibi mutuo et inuicem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium summarumque quarumuis pecuniae nec non Auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum Tum Stanni aeris Cupri orichalci Pecorum pecudum Equorum Equiteae ac totius Supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendam mutuam Aduitalitatem et vsum fructum ad extrema duntaxat vitae suae tempora tantum modo et non vltra concesserunt inscripserunt et assignauerunt prout concedunt inscribunt et assignant praesentibus Ea tamen Conditione adiecta quod si prius praefatum Gnosum Mikulinski maritum quam ipsam Enosam Annam Kozminska Consortem suam de hac luce decedere contigerit Extunc praefata Enosa Coniunx ma bona generaliter omnia ac res supra expressas morte praefati mariti sui derelinquendam Cum omni eorundem Iure dominio et proprietate tenebit habebit et possidebit Illisque

quiete.